

Appendix ad Europa Nr. 9.

Regnum Mortuorum.

Colloquium Politicum inter mortuos.

In Elisio 15. Januarii 1808.

Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur,
ficta omnia celeriter, tanquam flosculi, decidunt,
Nec simulatum potest quidquam esse diuturnum.

Tull.

Loquentes: *Minister Pitt — Jean Luzac.*

Luzac. Aeternum bellum — horrenda vox — *Pitt.*
Dic mihi medium, hunc violentum rerum statum inter Gal-
liam, et Angliam tollendi.

Luzac. Invenio ego in Monitore de 10. Januarii unum
articulum Londine de 1. Januarii, qui viam ad pacem il-
lustrare videtur. *Pitt.* Quomodo?

Luzac. — Narrat *Evening-Post.* Dum *Lauderdale*
ante bellum borussicum in Gallia de pace tractabat, per
Ministram *Champagny* haec puncta eidem fuisse propo-
sita: 1) Ut Hannovera cum omnibus pertinentiis Regi An-
gliae restituatur. 2) Possessio Melitae eidem confirmetur.
3) Galliam cum Hollandia effecturam, ut Promontorium
Bonae spei Anglis relinquatur. 4) Imperator cedet Angliae
Pondichery, Chandernagor, Mahe, et alias possessiones. 5) Ut
Insula Tabago Angliae maneat. Ultra haec 5. puncta obtu-
lit adhuc gallicanum Gubernium, se apud aulam Hispani-
cam effecturum, ut Rex Neapolitanus Insulas Balearides,
Majoricam, Minoricam etc. cum notabili annua summa ob-
tineat, et ut Russia supremum dominium Corcyrae retineat:
pro his omnibus autem Gallia petit unicum Siciliam.

Pitt. Quid porro? *Luzac:* Sed Anglia postulavit, ut
Dalmatia Russiae cedat, quod Gallia simpliciter denegavit;
Bellum cum Borussia est exortum; et *Lauderdale,* acceptis
Passualibus, domum rediit. Haec omnia possunt in Moni-
tore legi. An non haec Propositiones favorabiles erant? Alia
quaestio est, quales futurae sint nunc propositiones, si res
ad Tractatum deveniat. Sed de his alias, nunc legamus fa-
mos. in Angliae Declarationem, velut responsum ad Mani-
festum Russiae.

Declaratio Imperatoris Russorum, Petropoli edita, Suae Majestati stuporem incussit, profundissimumque movit dolorem. Sua Majestas quidem novit qualitatem separatorum, et occultorum articulorum, quos Imperator Russorum Chronopoli subscribere debuit, ast sperabat, ubi Sua Majestas placidiori mente Acta hujus infelicitis Tractatus expendere, ubi effectus eorum contra dignitatem et gloriam Russici nominis, ac felicitatem totius Russici Imperii attentione sua dignata fuerit. — Eam dem Suam Majestatem ab novis his consiliis, ligaminibusque, quibus in fatali anxietatis et confusionis momento semet irretiri sivecat, semet eliberare conisuram, et ad saniora politica principia reducturam, quae cum inalterabilibus, quae ante defixa essent, principiis, magis convenirent, et ad firmandam tam coronae ipsius dignitatem, quam et regnorum suorum felicitatem aptiora forent; unice huic spei adscribenda est patientia, et moderatio Suae Majestatis, quam inde a pace chronopolitana in omnibus suis politicis relationibus cum Aula Petropolitana habuit. Habuit Sua Majestas firma motiva suspicandi, et justam causam querulandi, ast ab omni sibi temperavit reprobratio; sed maluit expetere declarationem nonnullorum articulorum tractatus cum Gallia, quorum occultatio suspicionem Suae Majestatis circa eorum naturam, et objectum necessario augere debuit. Voluit attamen Sua Majestas et hic, ne declaratio ejusmodi cum quadam amaritudine, menteque hostili, at cum omni moderamine, habitaque status, in quo Imperator constituitur, condigna reflexione expetatur. — Respectus, quos memoria veteris amicitiae, ac interruptae quidem, at non penitus sublatae confidentiae imperabat. — Declaratio Imperatoris Russorum probat, patientiam, et moderationem Suae Majestatis propositum hunc fefellisse scopum; probat, influxum illius, Russiae non minus, quam M. Britanniae extreme periculosae potentiae in Consilio Cabineti Petropolitani evidentissimum obtinuisse praepondium, et causam hostilitatis inter duas Nationes evadere posse, quibus veteres nexus; reciproque commodi ratio concordiam, arctissimamque cooperationem praescribent. Illachrimatur Sua Majestas ulteriori propagationi calamitatum belli, ast coacta, semet contra non provocatam hostilitatem defendere, cuperet in conspectu orbis refellere inania illa subterfugia, quibus huic hostilitatis actui focus induci tentatur. Declaratio haec confirmat, Imperatorem Russorum in causa, quae rem Britanniae magis, quam suam propriam tangebatur, bis arma arripuisse, et in hac assertione fundat objectionem, Angliam bellicas Russiae operationes promoveri, secundareque neglexisse. Sua Majestas non denegat justitiam causis, quae Russiam vice prima ad bellum advex-

sus Gall
agnosci
Contine
quam f
Berussi
erupit,
semet B
Imperat
trionali
fuerit. —
orem ex
gruum
excensio
nia adh
M. Brit
orum a
unice e
adversu
rim pax
tatis An
jestas,
ipso mo
rat affic
ut exsp
inquam
fidentiae
mento s
rata era
virium i
hibere d
tem dire
cii russi
gravame
duntaxa
sicae ex
nis utri
russicari
casus, i
illatam
non mir
Suam M
sci petu
quos tan
detur, c
Gallia i
veterato
sti conc
oblata p

sus Galliam permoverunt; eadem cum promptitudine et id agnoscit Sua Majestas, sortem, felicitatemque potentiarum Continentis constanter sibi cordi fui se; at demonstrare perquam foret arduum, Angliam, quae ipsa in statu belli cum Borussia fuerat, dum bellum inter Galliam et Borussiam erupit, „quam Russiam propiorem habuisse obligationem, semet Borussiae adjungendi, praesertim spectato eo, quod Imperator Russorum foederatus Borussiae, Protector septentrionalis Europae, et fidejussor germanicae constitutionis fuerit. — In publica declaratione non vult S. M. in ulteriorem explanationem semet immittere, an politicae congruum fuerit, durante bello, alicubi in oris neapolitanis excensionem facere, aut non; bellum autem cum Ottomania adhuc longe magis sublestum esse praetextum, ob quem M. Britannia indifferentiae pro causa foederatorum suorum arguitur; evictum enim est, bellum istud per Angliam unice erga Russiae instigationem susceptum fuisse, ut hanc adversus potentem Galliae influxum protegat. Quod si interim pax chronopolitana ut consecrarium, et paena inactivitatis Angliae spectanda sit, merito indolere debet Sua Majestas, Imperatorem Russorum adeo praecipitanter, et eo ipso momento hunc gressum fecisse, quo solennem acceperat affidavitionem, Suam Majestatem omnes intendere vires, ut exspectioni sui foederati satisfaciat. — Affidationem inquam, quam Sua Caesarea Majestas cum visibili confidentiae, atque perfectae satisfactionis affectu eo ipso momento susceperat, quo Sua Majestas Regia omnimode parata erat ad communem scopum belli eam ipsam adhibere virium intensionem, quam post pacem chronopolitanam adhibere debet, ut contra se, regnorumque suorum securitatem directae unioni resistere valeat. — Oppressio commercii russici per Angliam, est profecto nonnisi imaginarium gravamen. Inter omnia acta Praefecturae navalis unicum duntaxat sub toto bello reperitur condemnationis navis russicae exemplum, quae requisita navalia in portus communis utriusque hostis vexerat; imo plane detentionis navium russicarum admodum pauca sunt exempla, nec ullus est casus, in quo justitia Partibus denegata fuisset, quae ob illatam sibi laesionem se insinuassent; ideo Suam Majestatem non minus attonitam reddidit, quam ei dolorem incussit, Suam Majestatem Russorum Imperatorem adeo sui oblivisci potuisse, ut querelam ponat, cujus veritatem illi ipsi, quos tangit, non sentiunt, nec alium scopum habere videtur, quam ut inanem verborum congeriem palliet, quae Gallia invidiam aliarum provinciarum excitare, atque inveterato suo contra Britanniam odio speciem quandam justitiae conciliare vult. — Pacem chronopolitanam sequebatur oblata per Imperatorem Russorum intermediatio ad pacem.

inter Galliam, et Angliam eleborandam, quam, ut allegatur, Sua Majestas rejecisset. Non rejecit Anglia hanc Intermediationem, licet adjuncta, quibus haec oblatio connexa fuerat, hanc non acceptationem excusare potuissent. Articuli Tractatus chronopolitani Regi Angliae communicati non sunt, nec quidem articulus ille, in quo haec intermediatio proponitur, quove certum tempus praescribitur, intra quod responsum Suae Majestatis sequi debuisset, quo Suae Majestati obligatio, pro dignitate cujusvis independentis Principis adeo propudiosa imponebatur; interim tamen oblatio haec conditionate acceptata fuit; postulavit nempe Sua Majestas sibi exhiberi principia, secundum quae tractandum foret, communicationemque articulorum pacis chronopolitanae. Prima conditio erat ea ipsissima, quam ipse Russorum Imperator ante 4. menses oblatae per Imperatorem Austriae Intermediationi praemisera; secundam conditionem praetendendi jus competebat Suae Majestati, velut Imperatoris Russorum foederato, quod intermittere summe improvidum fuisset, cum secus curam suae dignitatis, commodorumque suorum Imperatori absolute committere coacta fuisset. Sed posito etiam, haec conditiones minus congruae, et minus necessariae fuissent. quarum nulla adimpleta fuit, licet legatus Suae Majestatis Londini identidem ursisset, non tamen deerant motiva, quae Suae Majestati syaserant, ut majori cum sollicitudine observaret intentiones Imperatoris Russorum, naturamque, ac possibiles effectus novi rerum ordinis, quem Russorum Imperator nunc ingressus erat. Totalis repudiatio causae Regis Borussiae (qui ob fidelem adhaesionem foederato suo oblata sibi pacem separatam bis rejecerat) et anxia sollicitudo — pro causa sua propria, quae occasione Tractatus Chronopolitani in Imperatore visibilis erat, haud poterat favorabilem spondere effectum conatum, et intermediationis, quam Imperator Russorum in favorem Angliae nefors assumpturus erat; dum interea reliquias ditionum Regis Borussiae gallicus exercitus occupavit, et depopulatus est; non habita conventionis Borussiae ulla reflexione; dum interim pro arbitrio enormes contributiones a provinciis exiguntur, quibus ferendis etiam in statu florentissimo non erant; dum media in pace traditio praesidorum borussicorum praetenditur, quae durante bello occupari non poterant. Dum potentia gallica semet cum effraeni tyrannide extendens multos, quod se fidos erga Regem suum factis probassent, ad mortem raptari jussit; dum haec omnia in oculis Imperatoris Russorum, quin idem in favorem sui foederati quidquam egisset, facta sunt; seipso parata est Sua Majestas in oculis mundi rationem reddere, cur in oblata Imperatoris Russorum Intermediatione sufficientem confidentiam non habuerit.

Caupo
ne
Eu

Li
cellarii
nes vid
tempore
et pusill
Dormine
Etiam e
jus stat
me tan
nunc ut
sincero
adumb

Ar
quavis
potuerit
quavis
date ni
appella
tentes i
pius et
Magni
nera da
dum Ca
que Ca
dedisse
quam n
paratae

D
spes ha
vini; e
tia rer
ultra d
mensa